

mus enim? ) sed conjecturis tantum agimus, quarum de verifimilitudine, suo cuique arbitrato iudicare liberum fit. Quod si quis ir-  
 ritam igitur, & inanem in his operam nos Conje-  
 ponere dicat, de rebus iis conjecturas pro- cturas  
 dendo, de quibus ipsi fateamur nihil certi non esse  
 unquam comprehendi posse: respondebo vanas,  
 totum Physices studium, quatenus in causis quia non  
 rerum eruendis versatur, eadem ratione fo- plane  
 re improbandum; *ubi verifimilia invenisse laus certæ.*  
*summa est, & indagatio ipsa rerum, tum ma-*  
*ximarum, tum occultissimarum, habet oblectatio-*  
*nem.* Sed verifimilium multi sunt gradus,  
 alii aliis veritati propiores, in quo diligen-  
 ter æstimando præcipuus iudicii usus ver-  
 titur.

Ut vero mihi videtur, non tantum res ad Ad sa-  
 cognitionem maximas hic indagamus, sed pientiã  
 quarum contemplatio studiis quoque sapien- & pieta-  
 tiæ multum conducatur. Expediit nimirum ut, tem fa-  
 velut extra Tellurem hanc positi, procul eam cere quæ  
 intueamur, quæramusque, an sola sit in quam hic tra-  
 omnem ornatum natura contulerit? Ita enim ctantur.  
 rectius quid sit, quoque loco habenda, in-  
 telligere proterimus: quemadmodum qui  
 longinquas regiones obeunt, de patriæ suæ  
 rebus verius iudicare solent, quam qui nun-  
 quam inde se moverunt. Nec sane ille ma-  
 gnopere admirabitur quæcunque hic vulgo  
 maxima habentur, qui, rationibus nostris a-  
 liquid tribuens, multitudinem Terrarum no-  
 stræ similibus, similiterque incolis suis fre-  
 quenta-